

lus. Nec omnibus adipēs carnesue largæ sicuti nec aialium accerrimis. Neutrū habent buxus: comus: olea. Nec medullam: minimumq; etiam sanguinis. Sicuti ossa non habent sorba: carnem sambuci: & plurimam ambæ medulam. Nec arundines maiore ex parte. In quarundam arborum carnibus pulpæ uenæq; sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioresq; pulpæ fissilibus isunt. Ideo fit aut au re ad caput trabis quālibet prælonge admota ictus ab altero capite uel grauis sentiat: penetrante re- ctis meatibus sono: Vnde deprehenditur an torta sit materies: modisq; concisa. Quibusdā sunt tubera: si- cut sunt in carne glandia: in iis nec uena nec pulpa: quodam callo carnis in se conuoluto. Hoc preciosis- simum in citro & acere. Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpā. Alioquin fragi- lis esset uena in orbem arboris cæsa. Fagis pectines transuersi in pulpa apud antiquos. Inde & uasis ho- nos. Manius Curius iurauit se ex præda nihil attigisse: præter guttum faginum: quo sacri ficaret. Lignū in longitudinem ita fluctuat ut quæ pars inrit ab radice ualidius sid. Quibusdam pulpa sine uenis me- ro stamine & tenui constat. Hæc q; maxime fissilia. Alia frangi celeriora q̄ findi quibus pulpa non est: ut olea: uites. At e contrario totum a carne corpus fico. Tota ossa est ilex: comus: robur: cyrtus: morus: hebenos: lotos: & quæ sine medulla esse diximus. Cæteris nigricans color. Fulua comus in uenabulis nitet inciluris nodata propter decorem. Cædrus & lanix & iuniperus rubent.

De teredinibus larice.

Cap. xl.

Luffon

Larix fœmina habet: quæ græci uocāt ægida mellei coloris. Inuentū ē pictorū tabellis imor- tale: nullisq; fissile rimis. Hoc lignū proximū medullæ ē. In abiete leucō græci uocauerunt. cæ- drus quoq; durissima: q̄ medullæ proxia ut i corpore ossa de raso mō limo. Et sambuci inte- riora mire firma tradunt. Nāq; q̄ uenabula ex ea faciūt præferūt oībus. Cōstat. n. ex cute &

ossibus Cedi tempestiuū quæ decorticent. Ut teretes ad tēpla cæteraq; usus rotandi cū germināt: alias cortice iextricabili & carie subnascēte ei materiaq; nigrescēte. Tigna & qbus aufert securis corticē a bru- ma ad fauoniū: aut si præuenire cogamur arcturi occasu: & ante eū sidicula. Nouissima rōne solstitio. Dies syderū horū reddent suo loco. Vulgo satis putant obseruare: ne quæ dedolendæ arbores sternan- tur ate ediros suos fructus. Robur uere cæsum teredinem sentit. Bruma aut neq; nitatur: neq; finditur alias obnoxiiū etiā ut torqueat sese: findatq; quod i suberetēpestiuē quoq; cæso euenit. infinitum refert lunaris ratio: nec nisi ad uicesima in tricesimā cædi nolūt. inter oēs cōuenit uilissimē in coitu eius ster- ni: quem diē alii interlunium: alii silentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar concremato ponte- naumachiaro larices ad restituendū cædi ex retia p̄finit. Quidā dicunt ut in coitu & sub terra sit lu- na. Quod fieri nō potest nisi noctu. At si cōpetant coitus in nouissimū diem brumæ: illa æterna sit ma- teries: proxime cum supradictis syderibus. Quidam & canis ortū addūt: & sic cælas materies in forum augustū. Nec nouellæ at ad materiem nec ueteres utilissimæ. Circūcisas quoq; ad medullā alii nō iuti- liter relinquūt: ut oīs humor stātibus defluat. Mirum apud antiquos p̄rio punico bello classē Duilli imperatoris ab arbore excisa sexagesimo die nauigasse. Contra uero Hieronē regē ducentes. xx. naues effectas diebus. xlv. tradit. L. Piso. Secūdo quoq; punico bello Scipionis classis. xl. die a securi nauiga- uit. Tātum tēpestiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominū summus in omni usu de mate- riis hæc adiicit. prælum a sapino atra potissimum facito. Vimeam: pineā: nuceā: hæc atq; aliā materiem omnem cum offodies: luna decrecente eximito post meridie sine uento austro. Tūc erit tempestiua: cū semē suum maturū erit. Caueto ne per rorem crahas: aut doles. Idemq; mox. Nisi intermestri luna atq; dimidiata ne tãgas materiem. Tunt ne offodias aut præcidas abs terra. Diebus quattuor proximis qui- bus luna plena fuerit. optime eximitur. Omnino caueto nigram materiam ne doles: ne cedas neue tã- gas nisi siccam: ne ne gelidam: ne ue torulētam. Tiberius idem & in capitolio condendo seruauit inter- lunia. M. Varro aduersus defluuia præcepit obseruandum idem a pleniluniis. Larici & magis abieti suc- cis humor diu defluit. Hæc omnium arborum altissimæ ac rectissime. Nauiam malis antenisq; p̄pter leuitatem præfertur abies. Communi ab iis pino: quæ aut quadripartitos uenarum cursus bifodosq; ha- beat uel omnino simplices. Fabrorum intestina opera medulla sectilis optima quadripartitis materiis & molli q̄ cæteræ. intellectus i cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra fuit enodis est. Hæc q; quam diximus ratione fluuiata decorticatur: atq; ita sapinus uocatur: superior pars nodosa. duriorq; su- sterna. Et i ipsis autem arboribus robustiores aquiloniæ partes. Et i totum deteriores ex humidis opa- cisq; Spissiores ex apricis: & diuturnæ. ideo romæ infernas abies supernati præfertur. Est per gentium quoq; regiones in iis differentia. Alpibus apenninoq; laudatissimæ. in gallia uribus ac monte uosego in corsica bithynia: ponto: macedonia. Deteriores æneatica & arcadica. Pessimæ pnasia: & euboea: quo- niam romosæ ibi & cōtorræ putrescētēq; facile. Ad cædrus i creta africa syria laudatissima. Cædri oleo peruneta materies nec tineam nec cariem sentit. iunipero eadem uirtus quæ cædro. Vasta hæc in hispa- nia maximeq; bacca eis. Medula eius ubicūq; solidior etiā q̄ cædrus. publicum omniū uitium uocant spiras ubi sese cōuoluerē uenæ atq; nodi. Inueniuntur in quibusdā sicut in marmore centra: id est duris- sia clauo similis: inimica ferris. Et quedā forte accidunt in lapide comprehenso aut recepto in corpus

Cōmunio-
bis

eanica